AUGUSTINUS. BASILIENSIA
Basel und Klosterneuburg, 1434-1435 Seite 125r
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=392
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



aliqua cantare in organis post officium misse solet missam
dicere pro defunctis cum nota quando non est festum solempne qua finita
ire in capitulum et ibi legere aliquid de regula beati Augustini
episcopi Et corrigere excessus si qui sunt corrigendi Debetis autem
ibi prout vos facere credimus etiam legere martirologium
sanctorum et obitus eorum quorum anniversaria celebratis et qui bene
fecerunt vestro monasterio de quibus est memoria et orationes atque
suffragia consueta Singulisque diebus non festivis dicitis
duas missas cum nota unam pro defunctis aliam de die et vigili
as mortuorum videlicet vesperas et matutinas preterquam in autum
no quo tempore estis magis impediti pro necessitatibus monasterii
Item dicitis officium beate Marie quod cursum beate Marie vocatis post
alias horas canonicas preterquam diebus solempnibus Sed sin
gulis singulariter dicitur et hec officia intelligimus dici cum no
ta et collegialiter Vobis autem in refectorio prandentibus legitur
lectio qua finita surgentes dicitis gratias consuetas cum psalmo
Miserere et postmodum in ecclesia nonam cantatis In ecclesia eius De silencio
ambitu claustro refectorio et dormitorio servatis silencium post
pulsationem completorii solet in choro legere singulis die
bus unam lectionem alicuius scripture divine ad eruditionem vestrum in
festis sanctorum sub quorum vocabulis in vestra ecclesia altaria sunt
fundata dicitis missam tam in choro quam in illo altari
Singulis diebus veneris refectionem non sumitis in refectorio nisi De ieiunio
sed ieiunia omnia servatis ab ecclesia instituta huius vestrum
morem et hec officia cum premissis circumstanciis approbamus
hortantes quatenus in hiis perseveretis

De Ceremoniis in officiis ecclesiasticis

In officiis autem ecclesiasticis hoc servare solet In matutinis et
horis ceteris dum canuntur psalmi sedetis hec facere non debetis